



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XIX. Quod decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1222.

scopus ab eo qui sibi præsentatus fuerit recipiat iuramentum, quod propter præsentationem illam nec promiserit nec dederit aliquid præsentanti, nec aliquod propter hoc pactum inierit, si ei super hoc merito videatur esse suspectus, cum talia manifeste canonicis obuiant institutis.

XVIII.

* videtur
desse, cō-
fessiones
recipiant.

Quoniam nonnunquam, ob defectum confessorum, vel quia decani rurales & personæ erubescant forte confiteri suo prælato, certum imminet periculum animarum, volentes huic morbo mederi, statuimus vt certi confessores prudentes & discreti per singulos archidiaconatus ab episcopo loci constituantur, vt decanorum ruralium, presbyterorum & personarum * in cathedralibus ecclesiis, vbi sunt canonici sæculares, confiteantur ipsi canonici episcopo, vel decano, vel certis personis ad hoc per episcopum, decanum & capitulum constitutis.

XIX.

Quoniam in causis matrimonialibus est magna discretio necessaria, vnde periculosum est eas a simplicioribus tractari personis, statuimus vt decani rurales nullam causam matrimonialem de cetero audire præsumant, sed earum examinatio non nisi viris discretis committatur: quibus assidentibus, si commode fieri potest, postmodum pronuntietur.

XX.

Prohibemus sub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in ser-